

**Dissertatio inauguralis medica, sistens observationes ad chirurgiae operationes pertinentes : apud interrogationem publicam prolocutas et sustentatas die Julii III, habitam, quam annuente summo numine ex auctoritate Reverendi Josephi Willard, praesidis, &c.; Honoratorum et reverendorum curatorum et etiam senatus academici consensu, nec non institutionis medicae decreto, pro gradu doctoratus / eruditorum examini submittit Johannes Fleet.**

### **Contributors**

Fleet, John, 1766-1813.  
Warren, John, 1753-1815  
Waterhouse, Benjamin, 1754-1846  
Dexter, Aaron, 1750-1829  
Fleet, Thomas, 1768-1827  
Harvard Medical School.  
National Library of Medicine (U.S.)

### **Publication/Creation**

Bostoniae : Typis Thomae Fleet, jun, MDCCXCV [1795]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/nnzyq6qr>

### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by the National Library of Medicine (U.S.), through the Medical Heritage Library. The original may be consulted at the National Library of Medicine (U.S.) where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>







*Fleet (1)*  
DISSERTATIO INAUGURALIS  
M E D I C A,

SISTENS

• OBSERVATIONES AD CHIRURGIÆ OPERATIONES  
PERTINENTES,

APUD INTERROGATIONEM PUBLICAM PROLOCUTAS ET  
SUSTENTATAS DIE JULII III, HABITAM,

Q U A M

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE REVERENDI

JOSEPHI WILLARD, PRÆSIDIS, &c.

*Honoratorum et Reverendorum* CURATORUM *et etiam*  
SENATUS ACADEMICI *Consensu,*

NEC NON

INSTITUTIONIS MEDICÆ DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

*Eruditorum Examini submittit*

JOHANNES FLEET.

---

*—A ferro tandem petere Sanitatis præsidia convenit.*


HEISTER.

---

---

BOSTONIÆ: TYPIS THOMÆ FLEET, jun. MDCCXCV.



  
VIRIS EXIMIIS ET ERUDITIS,

JOHANNI WARREN, M.D. et Anat. et Chirurg. Prof.

BENJAMINI WATERHOUSE, M.D. et Theor. et Prax. Med.

AARONI DEXTER, M.D. et Chymiae et Mat. Med. Prof. (Prof.)


QUORUM NOTITIA MEDICA,

*Quæ discipulis omnia commoda in nostra arte attulit, aut extrinsecus vel ex fontibus Europeanis ; sive maximæ diligentiae et adeptionum superiorum quæ inter nos exercitatæ fuerunt, domi opus est, exhauriatur. Quorum præceptiones ante hac et auxilium omnibus temporibus sibi datæ, tam suam animam penetravit quàm nulla dies memori ex animo delebit.*

*Has in re medica primitias se meminisse beneficia*

*Humillimè dedicat*

JOHANNES FLEET.







## DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

CUM casus in chirurgia haud paucos observare usitatus sum, mihi visum est, loco me argumento unico astringendi, res quæ ad casus complures pertinent, paucas proferre. Res præclaras ex cultu ita multas accepit hæc ars, ut nullus hujus generis tractatus eas complecti potest. Hoc ex parte excusationi erit, quòd lineamenta, quæ sequuntur; incompleta sunt; at vindicationi minimè est quod rudia sunt et imperfecta. Hoc munere, eandem qui profitentur artem, haud dubito, candidè et liberè fungentur,

Ut ab herniis incipiamus. Cum strangulatæ sint, nulla decisio, in arte chirurgica, talis est difficilis expeditu qualis quo temporis puncto, sit aptissimum, ut adferatur operatio. Herniæ cum omnibus indiciis vehementibus, iisque etiam, quæ mortifera existimantur, plures dies incarceratæ persisterunt, et nihilominus faustè feliciterque redditæ fuerunt. Aliis autem temporibus, horæ 48, nulla licet in gradu violentiæ morbi differentia cerni posset, mortem attulerunt. His rebus perpensis fortasse fit, chirugos in metropoli rarò si unquam hanc operationem suadere, non saltem, donec nimis sit tardè. Audivi autem feliciter esse factam ab iis, qui chirurgiam ruri exercent; commendationem Bell, in periculo tam arduo, proculdubio asciscentes, quod operatio duabus aut tribus horis, nisi minuantur symptomata, inceptari posset. Attamen periculum in bubonocèle majus quàm in oscheocèle et exomphalo esse videtur. Bubonocèle quàm  
primum



primum apparuit, strangularam fieri, et paulo post mortem afferre, rescivi; dissectione tamen facta, portio non nisi, parva vix totum intestini ambitum complexa, infra abdominis annulum fuit reperta. Huic responderi potest, postquam sphacelus incepisset, intestinum sua sponte redire, vel facile reddi posse, et tumorem semper subsidere; posterioris autem conspectus, manente morbo, et prioris conditio, dissectione factâ, coarctata et livida, huic descriptioni patrocinantur—quod minima intestini portio constricta omnia hujus calamitatis reformandæ symptomata parere sufficiat; ideoque plus attentionis desideratur, et majus periculi expectari potest a morâ in herniis inguinalibus quàm in iis, quæ scrotum attigerunt. Hujus rei veritas, nullâ ratione ad conditionem annuli habitâ, ut astricti, aut majus minusve laxati; sed ad rem ipsam in scroti herniis factam defendi potest. Cùm, in hoc morbo, ampla intestini &c. quantitas fuerit multis ante annis, delapsa, et subindè fiat strangulata, non rarò evenit, postquam omnis reductionis modus esset frustra tentatus, subsidiumque ex operatione omninò desperandum, res, devolutas in abdomen incolumies reverti.

Duæ presertim causæ, constrictio scilicet annuli, et conditio intestini protrusi atonica in herniis mortem afferunt. Hæ aliquando sunt, haud dubito, conjunctæ; herniæ vero scrotalis et exomphalos plerumque usque ad senectutem prius immorantes, quàm fiunt fatales mihi suadent, ut statuam, fatalem necessitatem tum ex defectu in intestino virium magis quam ex aliâ quâvis causa pendere. Durante porro exomphalo, cùm loco astrictionis alvi, profluvium adesset, mors fuit subsecuta.

Ex omnibus quæ dicta sunt, conclusio sequitur, cùm quis accersatur ad operationem hujusmodi exequendam plus circumspeditionis desiderari, si morbus sit scrotalis, quam si in inguine contineatur; et chirurgum culpâ fore penitus immunem, si attentione ad symptomata accurè habitâ, ad operationem in bubonocèle protinùs pergeret.

Hic etiam, prout idoneo in loco animadvertere amsim, nec etiam sphacelum ipsum, nec astrictionem intestini pares esse ad symptomata herniæ proferenda, ratio autem ad usus hujusce  
viarum



viarum primarum partis habenda est, quæ præter grande ejus momentum in alimento crasso ad systema ferendo, prout tendines, nervi, glandulæ lymphaticæ, stomachus in officio in partibus delicatioribus œconomiae animalis præcellsa est in honore. Simul et confitendum est, vim plasticam, in se accomodanda, nimis esse proclivem fines transire, e quibus salus reverti posset, manumque chirurgi maximam merere fiduciam. Quod tale sit naturæ propositum, nobis solum in hujusmodi rebus, ad artis remedia, scilicet venesectio et fumi nicotianæ, &c. est recurrendum, ut simus convicti et fiamus certiores.

*De Hydrocele tunicæ vaginalis Testis.*

VIAE, quibus hic morbus sanatur, a quibusdam auctoribus, inter quos est Sharpe, quasi molestiam ingentem, nec vitandum, afferentes, considerantur. Adducor autem, ut credam, periculum atque etiam defectum exitus felicitis timiditati in incisuram faciendo, et ætati ægri juvenili, fibris non satis firmitatis tum possidentibus, ut inflammationem, quæ plenè sufficiat excitent, præcipuè deberi. Quæ jam sunt asserta, plus accipient verisimilitudinis fientque plausibilia, siensemus ut curationem integram consequamur, necesse esse tunicam vaginalem testis testiculo ipsi penitus adhærere. Incisione latè factâ, hæmorrhagia inde aborta, et tota aquæ conclusæ evacuatio tensionem ardescens haud debitam demere debent, quod quoquomodo, suppuratione liberâ citò fiet.

In operationibus quidem singulis, quas mihi contigit videre, nulla symptomata ita formidanda, ut narrant auctores, conspexi. Atqui facile percipere possum, puncturam simplicem, vel conatum ad curationem radicalem, ex parte factum, turbam symptomatum infeliciores quàm solere subsequi liberiores partium separationem, inducere posse. Cùm sanatio sit tantum ex parte facta, inflammatio eo usque nonnunquam increbuit ut curatio radicalis subsecuta fuerit: plerumque vero apertura partialis, cùm ad curationem non bene pergit, agit vel prout vulnus acupunctum, inflammatione sempiternò inauspicata, quæ, si fuerit dilatata, mollis esset et facilis.



### *Abdominis Paracentesis*

Ex hoc capite nihil habeo, quod in medium proferam nisi ut notem molem immanem et conditionem liquoris glutinosam, cum sit evacuatus. Asciten ex vasorum largiorum lymphaticorum diruptione, vel ex eo quod ramuli summè exiles, fluidum exhalatum absorbere recusant, ducere originem, in dubium haud est revocandum. Anne vero fieri potest liquidiores partes absorberi, simul et istam crassiorem efficerespissitatem? Ægrota quæ ascité laborat, mihi nunc subest curationi. Quantam solet, urinam reddit; parcè bibit; parum capit alimenti; quaque tamen hebdomadâ septima vel octava, libræ viginti liquoris glutinosi sunt operatione evacuatae, cujus gravitas, ratione ad aquam habitâ, est ut  $8\frac{1}{2}$  ad 8. Salus generalis, per id tempus plerumque invalescit. Quo ex fonte igitur nobis est derivanda ingens ista et frequens collectio? Nihil arguit perspirationem obstrui; ob languidem licet sanguinis circulationem in vasis extremis, hoc ex parte causæ interesse possit. Absorberi potestne ab atmosphæra circumambiente? Prout is, qui siti laborat, aquæ immersus, eam imbibit. Possuntve vasa in superficie lymphatica esse apprimè aptissima ad imbibendum; cum quæ sunt interna inertia manent et torpescunt? Ne sim longus et tædium afferem, hoc factum, quâ nunc est, relinquam.

### *De Fistula in Ano.*

CHIRURGIA hodierna suam præstantiam supra antiquam nullibi magis quam in hacce operatione conspicuè monstrat. Ut curatio penitus efficiretur, omnes indurationes, usque ad totam recti circumferentiam fuerunt olim ablatae: nunc autem simplex quidem, at completa finuum divisio, et libera ab eorum labiis fluxio callum minimè favorabilem breve auferent, nec quicquam, nisi simplex vulnus incisum et pariter tractandum, restabit.

### *De Calculo.*

DE lythotomiâ, seu calculi exsectione, habeo quod animadvertam, incisionem tegumentorum parvam magno fuisse impedimento, in gradibus hujus operationis subsequentibus; et ne parum



rum quidem objici posse contra *Frere Cosme lithotome cachée*, eam præscriptum in chirurgiâ, nullis objectionibus obnoxium, violare, instrumentum videlicet secans non ulterius adhibere, quàm ut digito vel specillo fulcato dirigi possit.

*Mammarum Cancro et Schirro affectarum Extirpatio.*

Multum in emolumentum laude dici potest, quòd in hac operatione efficiendâ tegumenta conservantur; et quòd instrumenta rudia minimèque apta sint rejecta. Est tamen confitendum, quamvis concedatur primitus esse affectionem localem, prius etiam quàm ulcerari incipiat, partes contiguas contaminari posse. Id liquidò constat, cum evacuatio sit imminuta, aut quòd vulneris sanatio sæpe fiat causa exciens cur morbus redeat, cum indicia, quæ præcesserant, faustè fuerant augurata. Hoc monstrat attentionem maturam morbis hujusmodi esse adhibendam.

*Trepanatio Cranii.*

IN affectionibus cerebri violentia extrinsecus effectis, tres redditæ sunt causæ, compressio, concussio et inflammatio.—Cerebrum, pars encephali, sine controversia, organis maxime instructum est, ex situ suo, hisce injuriis summè expositum; et textura ejus delicatâ non obstante, facultas ejus patiendi est miranda. In parturitione, in casibus fortuitis, qui capiti, vitâ durante, accidunt, res multæ in hac parte perturbentur necesse est; nisi opinemur, naturam Zoophyti participare, quod inopia facultatis sentiendi, et se recuperandi, post amissam istius haud parvam partem; et fungositates insolitæ quæ ex ipsius vulneribus interdum abortæ sunt, faciunt, ut in dubium nequaquam sit revocandum. Cerebellum tutius est munitum. Septum transversum obstat, ne qua injuriâ, cerebro usitatè illatâ, implicetur; et ossium, quæ id circumsepiunt, firmitas ab omni incommodo, pressurâ usitatè facta, defendet. Ex omnibus rebus pensatis, si totum, quod compresserat, amoveatur, multum in omnibus injuriis, cerebro allatis est nobis sperandum. Ictus, qui partem cranii superiorem a basi ferè sejunxerat parum attulit incommodi, dum is, qui parvam ossis particulam deprefferat, fatalis evasit. Una res ad operationem attinens, pariem est, quòd non fuisset prætermisere,—raro scilicet, si unquam necesse est, ut aliqua pericranii pars detrahatur.

*Fistula*



*Fistula Lacrymalis.*

FELICIS successûs in hâc operatione defectus, cûm aliter fuerat rectè facta operatio, huic præcipuè tribuenda est causæ, quod apertura in cantho interiori facta non fuit satis ampla. Os unguis instrumento multo ampliore, quam quovis trocario et incurvato perforari debet, meatusque per sex pluresque septimanas, plumbeâ candelâ seu instrumento vulnus explicandi, apertus est servandus. Hujus rei utilitas, ex hoc conspicitur, plumbum, cum inter curationes, sit ablatum, nota annulariâ esse circumsignatum. Suasum nuper fuit, hanc operationem, instrumentum trocario formâ simile, per meatum naturalem adigendo, una cum cuneolo qui inditus est relinquendus : Aut vero ductus ipse diruendus est, aut istiusmodi violentiâ est utendum, ut post levissimam causam, inflammationem et dolorem efficere oporteat. Cum os unguis fuerit amplè perforatum, et postea bene tractatum, ex iis, quibus adfui testis, nulli succubuerunt. Ex iis casibus, qui generalibus constitutionis affectionibus sunt conjuncti, de quibus et loquitur Bell, qui cylindrum seu canulam metallicam, in apertura semper retinendam, postulant, nullum mihi contigit videre. Ut instrumentum, in hac operatione peragendâ, obliquè derigatur, hortatur Bell ; at si uvula conspectu habeatur, certiùs vitamus ne injuria partibus contiguis adferretur.

Quæ hic sunt in medium prolata, minimè sunt habenda, quasi denegaremus opera leniora, ut meatus naturalis aperiatur priùs esse aptè utenda, quàm ad operationem, plus dolorosam, esse adeundum.

*Labium fissile (seu labium leporinum.)*

De hac re parùm est mihi, quod in medium proferam, nisi quòd deformitas, majusculâ labii parte, cum operatio alias ob causas peragatur, ablatâ, mirificè est parva. Audivi porrò successum, quantus in qualibet operatione tam accurata sperandus esse potuit, in casibus tribus aut quatuor, serie continuatis, esse subsecutum, cûm intra aut tres post partum dies facta sit operatio.

Quæ



*Amputatio.*

Quæ ad hancce operationem spectant, multum cultûs ab hodiernis acceperunt, et tantum ei attulerunt tutamenti ut casus non nisi pauci, si rectè fuerint tractati, exitum habeant felicem. Hæc emolumenta præclara in modo, quo tegumenta, truncum penitus circumtegere sufficientia conservari possint, continentur. Est etiam cavendum, incisionem ita fiet, ut puris collectio deinceps prohibeatur. Et usus tenaculi recuperatus, quem seponi oporteret, inopiâ tegumentorum, quæ, ut splenia, ad vasa majora sustinenda, et ad vasa minora obturanda agerent. Etiam si nequaquam concedo, ligaturam, acu confertam, ab hæmorrhagiâ tutiùs defendere, nisi morbos gravioros adferat. Chirurgum, suâ arte præclarum, dicere audivi, spasmos ex eo, quod arteriæ complures fuerint more solito, acu confertæ, ejusmodi esse abortos, ut necesse esset ligaturas solvendas, quod levationem confertim attulit. Adeo multum utilitatis ex tegumento trunco obducto medicis antiquioribus fuit expectandum, ut partem pendulam adepti, attentionem arteriis ligandis necessarium nullam esse putarunt. Si in transitu, id, quod protulit O'Halliran; cuique patrocিনatus est Bell, sit verum, quod ad partem in his operationibus pendulam spectat, partem scilicet pendulam et truncum per dies 12 aut 14 separatim esse curandos: quod meâ sententiâ omninò est repudiandum, idque si eâ solum de causâ esset, quod ossium extremitates tam diu sunt detectæ. Partem pendulam trunci confestim applicari, propter hæmorrhagiam, est objectum, quod idem est argumentum, quo usus Heister, in suâ chirurgiâ, operationem hâc viâ patratam comprobavit. Prompta sinuum formatio, et dexteritas in operandi postulata, fecerunt, ut amputandi modum, quo usus est Alanson, Bell rejiceret, præsertim cùm operatio sit in femore facienda. Mihi vero observare liceat, complura vidisse exempla, in quibus nihil incommodi de suppurationibus



fuit subsecutum. Si autem à priori vel à posteriori ratiocinemur, rationem reddere nequimus, cur obliqua incisio ferè singula locum istis suppurationibus magis dare possit, quàm unica quidem perpendicularis, tribus vero cæsionibus interrupta.

Cum tegumenta adeo plenè sunt conservata, nullus fere debilitatis gradus operationi objici potest, cùm aliis de causis requiratur.

Confidero denique executionem hujus operationis idoneam, in quovis membro, magnopere pendere, 1<sup>mo</sup> ex eo, quod torcularem (tournequet) sit applicatum, ne nimium sanguinis emitatur; quod Bell, usu veterum violato, sapientèr præcipit, si modò femore operatio sit facienda, pulvillum in inguine, cùm autem infra genu, in poplite, esse ponendum. Heister ante eum cùm operatio in pede esset patranda, hocce ultimum dedit præceptum, 2<sup>do</sup> Levamen et beneficium, ægro allata, exitusque omni ex parte fortunatus, quæ conspexi comitari fere omnia experimenta tenaculo facta, mihi sunt argumento, tenaculum modum quemcunque alium, quo sanguinis vasa constringantur, excludere oportere. Id quod, jamjam est positum, casus haud vulgaris, si fuerit recitatus, confirmabit, ostenditque quid ex ramulorum exilium facultate se accommodandi, si quandò opus fuerit grandem arteriæ truncum delere, sit expectandum. Femur ob tumorem sarcomatosum, insolitè magnum, qui multos per annos, se formando, creverat, fuit amputatum. Hoc tumore in popliten propagatò, arteria fuit coarctata, et vasa femoris exiliora se ita distenderant, ut inter operationem et paucis interpositis horis, post operationem, cùm hæmorrhagia fuerit redintegrata, vasa fermè triginta diversa, tenaculo prehensa, et ligata; et curatio tempore, quo fuerat solita, integra evasit. Hoc si acu factum fuisset, tota superficies trunci obtegenda fuisset.

Huic



Huic ligandi modo est objectum, ligaturam labi esse proclivem; at si curæ sit, ut ora vasorum sint penitus circumsepta, nullum, confido, rebus ritè gestis, casum istiusmodi fuisse subsecuturum.

Id, quod maximum, in hoc instrumento utendo, turbæ adfert, est, arterias interdum se adeo contrahere, ut operator nesciat eorum ora invenire: et hoc perinde accidit in iis qui robustè ac qui languidè se habent, paulum tamen constantiæ, credo, hanc, quoties occurrerit, difficultatem semper superabit.

3<sup>o</sup> De magna utilitate conservandi tegumenta, quæ totum truncum obtegere sufficiant, jam locutus; rationem, eorum causâ, qui primi in usum operationem, cum parte pendula adducta, recuperaverunt; non qui deinceps assiduè coluerunt, subiiciam. Ea hæc est—Emolumenta, tegumentis servatis, accepta iis notescere cæperunt; cùm autem vulnus, ut tum erat mos linamento, vel, quas nominârunt vulnirarias, compositionibus opplerant, iisque esset impedienda partium adhæsiō, ut nihil beneficii, ab ulterius prosequendo hoc inventum, esset sperandum.





